



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1691. usque ad annum 1701

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 13322648

§. 115. Casus decisio a suis Approbatoribus revocata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67627](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67627)

„uti jam præceptum est ab Innocentio Sæc. XVII.
 „XII. & a Clero Gallicano in suis co- A. C. 1701.
 „mitiis congregato &c. „

§. CXV.

*Casus decisio a suis Approbatoribus
 revocata.*

Hoc Archiepiscopi edictum, Pontifi-
 cis sententia, ac præcipue Regis
 indignatio Sorbonicos hujus casus Ap-
 probatores ad saniora reduxit consilia,
 atque inter eos doctissimus Vir Natalis
 Alexandre, qui suæ doctrinæ auctori-
 tate multis antea ad subscribendum
 exempli facem prætulit, nunc primus
 receptui signum dedit, ceterosque fer-
 me omnes ad revocandam detestan-
 damque decisionem pertraxit: Petitpie-
 dius tamen, & Hiacynthus De Lan Ro-
 thomagensis Ecclesiæ Theologus, Dupi-
 nus & P. Gueton subscriptam a se doctri-
 nam retractare pertinaciter renuerunt,
 ac propterea a Rege exilii pœna mul-
 ctati, & a Sorbona exclusi fuerunt. Ex
 reliquis vero Facultatis Theologicæ Do-
 ctores numero viginti octo Mense Mar-
 tio Cardinali Noallio Parisiensi Archiepi-
 scopo sequens suæ subjectionis Testimo-
 nium uti jussi erant obtulerunt.

„Nos infra scripti decreto Eminentif-
 „simi Cardinalis Noallii Archiepiscopi

Rr 5

„09-

Sæc. XVII., nostri nos submittimus, nostrasque
 A. C. 1701. „sententias & doctrinas eidem confor-
 „mabimus, serio dolentes, quod con-
 „scientiæ casum ibidem contentum ap-
 „probaverimus: „ Insuper Sarrazinus
 Reginus linguæ hebraicæ Professor palam
 die prima Aprilis declarabat, quod
 præfato casui non subscripserit, et si
 ejus nomen in decisione typis impres-
 sa legatur, e contrario autem doctri-
 nam in Archiepiscopi Parisiensis decreto
 contentam libentissime amplectatur, ei-
 que semper suam sententiam conforma-
 turum spondeat.

§. CXVI.

*Parisiensæ Facultatis Theologicæ sen-
 tentia contra hunc casum.*

*Caus. Ques-
 nel. p. 433.*

Historiam hujus casus integram huc
 adducere lubet, ne sæpius inter-
 rupta hujus relationis series lectori tæ-
 diofa vel molesta accidat: subjungimus
 igitur Facultatis Theologicæ Parisien-
 sis censuram, quantumvis nonnisi anno
 hujus sæculi quarto pronuntiata fuisset:
 Erat autem tenoris sequentis.

„Die Lunæ prima Septembris Anni
 „1704. habita sunt in aula Collegii Sor-
 „bonæ, post solemne Sacrum de Spiritu
 „Sancto, Comitia S. Facultatis gene-
 „ralia ordinaria: in quibus M. Joannes
 „Vi-